qui sermonem dicunt. Ut audiant humanas doctrinas. qui enim dei voluntatem beneplacitam
cognoverunt. Hic arguit eos Ezech. Et sicut sunt in illis temporibus. Qui a divitibus [illegible]
ribus donari solent munera. ipsi autem dant suis amatoribus premia. Sed e contra
petit ergo David ut beneplacita et grata dona verbi placeant illis et sibi et omnibus
ut non tedio victi fastidiant illud. Et sic per merentem placeat. quod fit si ipse eum
doceat per unctionem doctrina sua. Et iste posuit hoc sensu. Orare tenemur omnes
qui scienciam aut legere verbum dei volunt. Et nobis quod ~~dicta sunt~~ contingit
ut alios moveamus indignatione in iracundiam ubi tu per verbum veritatis unde beneficio
gratiam meruisse debuerimus. Veritas enim odium parit. obsequium amicos. Arguit
autem versus iste potissimum illos temerarios. Qui alios corrigunt vel monent ex felle et
amaritudine cordis et non ex zelo charitatis. Tales enim non gravant ut sanum faciant
delinquentes. Sed ut animum suum expleant. multo peius delinquentibus et corripientibus. Qui enim
emendandi studio alium corripit. ante saltem in corde orans pro eo dicit. Voluntaria
oris mei beneplacita fac domine et iudicia tua doce me quibus alium corrigam. Doce me
sed ut non mea sed tua iudicia in eum exerceam. Nam qui passionibus et furo-
re moventur. Numquid voluntaria sunt oris eorum? Imo furore impulsa et inspirata spiritu
maligno. Non ex voluntate deliberante sed ex ira dominante loquuntur. Et plus
itaque pro orandi assiduitate docet nos alios corripere quam turbulente loquendi motu.
Dicta sunt ergo voluntaria oris id est orationes et laudes que non servili timore fiunt
grata faciat sibi deus. Sed [illegible] magis placere quam tales psalmi deo placeant orationes
quare premia maiora. Ut sciat sibi dari quos videmus malos arguit. Iudicia sua
doceat scilicet ut tu dei iudicia doceret. illis que placeant quos doceat.

Anima mea in manibus meis semper et legem tuam non sum oblitus.
Obscurus iste versus est. Diversis modis exponitur ut in glosa. Dicta autem magis placet Lyra
facile eum premia constituit. Est igitur. Qui in bellis agit. Eius anima certe semper est in periculo
quia est in manibus eius. Qui sic se per. tenet eam. Si autem non semper et manus deserunt
ipsa quod perit. ut est proverbium sic vulgo dicitur. Ego teneam hoc opus sub periculo anime
mee quia sub spe fortitudinis manuum mearum fio hoc. Et bellantibus non est quo ponant
spem vite sue nisi in manibus et viribus suis. Sic qui ignis corpus suum ponit
et audet super glaciem vel fumum. Sic dicit. O quam vilem estimas animam tuam et vitam tuam
quia committis eam super fumum vel glaciem. Ita et hic qui totum super incedunt sic
in opere verbi est. quod est spiritualiter bellum contra impietatem et errores. Ubi certe semper est
in periculis ne succumberet verba prenus aut doctrina falsis. Ideo enim audaciam vi-
rum videtur estimare animam suam qui in tanta districtione se committit. Et non sternat eam
proiectam apud se in corde et toto loco. Sed charitas cogit. Ut alias est prosit. unde [illegible]
vila ducat. Nostre autem animam suam et sic et doctores. hii enim se operari tunc in iis
autem consistit tota vita tua vel defendenda vel dilatanda. Ergo in manibus semper anima mea.
Qui semper pugnat contra impios et errantes.

Posuerunt peccatores laqueum mihi et de mandatis tuis non erravi.
Videtur exponere. Cur animam dixerit in manibus suis esse et periculis. Quia sic peccatores ponunt
ei laqueos falsae doctrinae. Ut ad peccatum seducant. Sed frustra quia non errat de mandatis
tuis. Qui legem dei non oblivisci et oblivio enim quae sunt errori resistere.